

fol. 119'

liber absolutus insuper per impositionem manuum episcoporum
habuisset posse sacrare, et dare, et totum pontificale munus
~~episcoporum habuisset posse sacrare. peragere.~~ Extremum convenio
vos unum, quod me vehementissime movet: quia eius, suorum ordinari-
tis, nec ordinatorum ordinatis, ullo modo paritis, quare ab eis
baptizatis exultetis, et si illud non potestis, quomodo istud potestis,
cum unum sit sacramentum unumque sancti spiritus donum. Sed
de hoc satis.

Convertere iam, nunc laudem, anima mea, fuge, abscondere in lae-
mentis animatio. et si pauca sunt bona, quae dixisti, si qua, in
quibus errasti, precare doceri, de peccato indulgeri; tandem
intra in cubiculum, fugiensque freneticorum gaudium, plange
suum mortuum, dicque tibi laudque, immo cunctis: Tu autem,
Domine, miserere nobis.

Syllogismus ab antecedentibus: Si omnibus episcopis una inest
potestas, est et uno, est autem omnibus una potestas; igitur et
uno. Syllogismus a consequentibus: Si non inest in omnibus
episcopis una potestas, nec uno; est autem omnibus una
potestas; ergo et uno. Syllogismus a repugnantibus: Non est
omnibus una potestas, et non est uno, est autem omni-
bis una potestas; igitur et uno. Syllogismus a disiunctis:
Aut inest ordinationi episcoporum unitas, aut diversitas; est autem unitas;
igitur non est diversitas. Quintus modus: aut inest ordinationi episco-
porum unitas, aut diversitas; igitur inest diversitas.